UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

20. Essendosi stato &c. Deputatio R. P. D. Vicesgerentis pro tempore in Judicem privativum quarumcumque causarum civilium, criminalium, & mixtarum Domus Catechumenorum Urbis, locorumque piorum illi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, & ſervatis reſpectiva habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expresſè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Decretum annuæ publicationis.

§. 23. Ut autem eædem præſentes literæ omnibus innoteſcant, quibuſcunque locorum Ordinariis, in quorum Diœceſibus aliqua Judæorum Synagoga, aut notabilis aliorum Infidelium numerus reperiatur, injungimus, & mandamus, ut ea omnia, quæ à Nobis, ut præfertur, conſtituta, & ordinata ſunt, ad eorumdem Judæorum, aliorumve Infidelium notitiam quotannis ſemel, ſeu pluries, & eo modo, qui iiſdem Ordinariis opportunior viſus fuerit, ſermone vernaculo deduci faciant, & in memoriam revocari; atque ut nemo prorſus earumdem literarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, ſeu earum exemplum ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac præfatæ Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ, necnon in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, prout moris eſt, publicentur, & affigantur; quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos perindè afficiant, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Affixio in Urbe vim habeat perſonalis intimationis.

Fides habenda Tranſumptis.

§. 24. Quodque illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 25. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, declarationis, extenſionis, ſtatutorum, decretorum, mandatorum, ſanctionis, ordinationis, præceptorum, admonitionis, commendationis, irritationis, caſſationis, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quarto. Quinto Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

J. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Viſa de Curia C. A. Fabronus.

Philippus Porta.

Loco ✠ *Plumbi.*

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo quarto, Indictione XII. *die verò undecima Martii, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ* XI. *anno quarto ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæ Generalis Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Sebaſtianum Vaſellum SS. D. N. PP. Curſorem.*

Pro D. Magiſtro Curſorum Thomas Orlandus Curſor.

XIX.

CONCESSIO

Indulgentiæ plenariæ perpetuæ viſitantibus Eccleſias Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Dominicâ tertiâ menſis Septembris.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctæ Nobis divinitùs Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut Cœleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtræ à Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque Dilecti Filii Joannis Petri Bertazzoli Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacrâ Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Conventuum dicti Ordinis, tam hactenùs erectis, quàm impoſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus, Dominicâ tertiâ menſis Septembris à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis Dominicæ hujuſmodi, annis ſingulis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum adhibeatur quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XI. Junii MDCCIV. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

F. Oliverius.

Anno 1705.

XX.

DEPUTATIO

R. P. D. Viceſgerentis pro tempore in Judicem privativum quarumcumque cauſarum civilium, criminalium, & mixtarum Domus Cathecumenorum Urbis, locorumque piorum illi annexorum, necnon Cathecumenorum, & Neophytorum, eorumque liberorum cum derogatione quibuſcumque contrariis.

Monſignor Veſcovo di Veroli noſtro Vicegerente.

Exordium.

ESſendoci ſtato rappreſentato, per parte della Caſa de Catecumeni di Roma, Chieſa della Madonna de Monti, luoghi Pii ad eſſa anneſſi, e Neofiti, che li noſtri Predeceſſori conſiderando, che detta Caſa, e Luoghi pii, come eretti, e fondatti nella Città Capitale del Chriſtianeſimo per propagare la noſtra Santa Fede, e li Neofiti, come germogli novelli, e perſone, che dalle loro tenebre ſono venute alla luce del Santo Vangelo, erano degni d'una ſingolar protezzione della Chieſa Romana, trà gl' altri molti privilegii à loro conceſſi haveyano con loro lettere in forma di Breve

Cathecumeni, & Neophyti olim ſuberant Cardinali Protectori.

Qui quaſcumque eorum cauſas privativè quoad omnes alios cognoſcebat.

ve aſſegnato in perpetuo a detti Luoghi pii un Cardinale della S.R.C. per Protettore, il quale per evitar le ſpeſe delle liti, & la diſtrazzione in diverſi Tribunali, come anche l'ingiurie, ò veſſationi, che ſi poteſſero dare, ſpecialmente dall' Infideli ſteſſi, ò dalla Natione Ebrea a' Neofiti, e per facilitare alla detta Caſa, Luoghi pii, e Neofiti l'eſattione de' loro crediti, e aſſegnamenti, particolarmente da pagarſi d'all Univerſità degl'Ebrei di Roma, e altre Univerſità parimente d'Ebrei eſiſtenti nel noſtro Stato Eccleſiaſtico, haveſſe la facoltà privativa riſpetto à tutti gl'altri Tribunali, e Giudici di conoſcere tutte le Cauſe attive, e paſſive, tanto civili, come criminali di detti Luoghi pii, e de'Neofiti, come dalle lettere in forma di Breve della fel. ric. di Paolo Terzo l'anno 1542. li 19. Febraro, confermate dalla fel. ric. di Paolo Quarto ſotto li 23. Marzo 1556., e da Pio Quarto ſotto li 23. Gennaro 1560., e da altri noſtri Predeceſſori, e che dopo il Decreto, ò Decreti d'una Congregatione Particolare confermato, ò, confermati dalla fel. ric. d'Innnocenzio XII. noſtro Predeceſſore ſotto il dì 24., e 31. Agoſto 1692., ne' quali fu abolita la giuriſditione contentioſa a Cardinali della S.R.C. Protettori di Luoghi pii, e furono ſoppreſſi molti Tribunali particolari, detta Caſa de' Catecumeni, e detti Luoghi pii, come anche i Catecumeni, e Neofiti, diſtratti da diverſi Tribunali, habbiano molti pregiudizi, e frequenti veſſationi patito.

Ejuſmodi juriſdictio, & Tribunal ab Innocentio XII. abolitum, ſuppreſſumque fuit.

Pontifex omnes, & quaſcumque illorum cauſas à quibuſcumq; Judicibus, & Tribunalibus avocat.

§. 1. Noi per tanto per far conoſcere la Paterna pietà, che habbiamo verſo li detti Luoghi pii fondati per la converſione d'Infedeli, la quale è il noſtro primo Inſtituto Apoſtolico, e verſo li Catecumeni, e Neofiti, che ſono venuti, e in futuro verranno alla noſtra Santa Fede, quali ſono degni della noſtra ſpecial protezzione, e aſſiſtenza, di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della Noſtra Poteſtà Apoſtolica, avocando à noi tutte, e ſingole liti, e cauſe, ſi civili come criminali, e miſte, attive, e paſſive di detta Caſa de' Catecumeni, Luoghi pii anneſſi de' Catecumeni ſteſſi, e Neofiti, figli di primo grado de' medeſimi Catecumeni, e Neofiti, e mariti di Neofite, ò di figlie di primo grado di Neofiti moſſe, ò reſpettivamente da moverſi in avvenire da qualſivoglia perſona, e contro qualſiſia perſona per qualunque cauſa in qualſivoglia Tribunale, avanti qualſiſiano Giudici Ordinarii, Delegati, Eccleſiaſtici, e Secolari, Congregazione anche de' Reverendiſſimi Cardinali, e generalmente avanti qualſiſiano Giudici, benche privilegiati, e privilegiatiſſimi, le medeſime liti, e cauſe, tanto attive, quanto paſſive, anco già inſtrutte nello ſtato, e termine, nel quale ſi trovano al preſente, e anco tutte l'altre cauſe, che in avvenire, e in qualſivoglia tempo s'introdurranno, attive, e paſſive, civili, criminali, e miſte; pro, ò contro detta Caſa de' Catecumeni, e Luoghi pii anneſſi, Catecumeni, e Neofiti, e loro figli di primo grado, ò mariti di Neofite, ò pure delle loro figliole di primo grado in prima iſtanza, le commettiamo, e reſpettivamente le rimettiamo a Voi;

Eaſque committit V. Gerenti pro tempore.

come noſtro Vicegerente di Roma, e all'altri Vicegerenti, che ſaranno pro tempore per gl'Atti del Notaro del noſtro Vicario di Roma, ò d'altri Notari di altri Tribunali da deputarſi ſempre da' Deputati di detta Caſa de' Catecumeni privativamente ad ogn'altro Giudice, Tribunale anche Collegiale, e Magiſtrato, e Notaro, con piena, ampla, libera, e aſſoluta facoltà, e autorità di poterle con tutti i loro incidenti, dependenti, emergenti, anneſſi, conneſſi, e anco con la clauſola quam, & quas conoſcere, decidere, finire, e terminare, ancorche ſi trattaſſe, ò procedeſſe per vigore di obblighi Camerali, e giurati,

Etiamſi agerentur cum perſonis quantuncunque privilegiatis.

e che le perſone, che haveſſero intereſſe, ſi attivamente, come paſſivamente in dette liti, e cauſe, foſſero Baſiliche, Chieſe, Cappelle, e Religioni, Commende, Monaſteri, Conventi, Oſpedali, Confraternitate, e anche Luoghi pii anco inſigni, e quantoſivoglia privilegiati, e privilegiatiſſimi, e ancorche foſſero Pupilli, Vedove e Minori, anche per cauſa de' mercedi, alimenti e doti, e qualſiſiano altre perſonne, che haveſſero privilegi tali, che per comprenderli haveſſero biſogno di ſpecial menzione,

Cum facultate procedendi ſummariè, ſolaque facti veritate inſpecta.

e di potere nelle dette cauſe procedere ogni giorno, e ora, non però feriato in honor di Dio, ſenza ſervatione di termini ſoſtantiali, confezzioni d'eſtratti, e regiſtri, ed ancora ſenza produzzioni d'Inſtromenti, e Scritture publiche, mà con le ſole copie ſemplici, ò indicatione di quelle a voſtro, e de' voſtri Succeſſori arbitrio, e ancora ſenza depoſito ò pagamento di ſportole, ò propine, con le ſole citationi domi dim. copia, per contradette, ò per editto anco fuor di Roma, e tutto il noſtro Stato Eccleſiaſtico in qualſivoglia luogo, benche de jure per Coſtitutioni, Statuti, Stili, e Conſuetudini foſſero neceſſarie di farle perſonalmente, e di eſſeguire tutto ciò ſommariamente, e eſſecutivamente, e ſenza ſtrepito, e figura di Giuditio, e veduta la ſola verita del fatto, poſpoſta, e rimoſſa ogni qualunque appellatione, e ricorſo, fuori che al Noſtro Auditore, tanto nella ſeconda, quanto che in altre iſtanze, anco per capo di reſtituzione in integrum, e non ad altro Tribunale, benche ſupremo, dandovi perciò ancora piena, e ampla facoltà, e autorità di avvocare, e reaſſumere le cauſe, e liti ſudette da qualunque Giudice, ò Tribunale, come ſopra, e à quelli inhibire ſotto le pene, e cenſure à voſtro arbitrio, che non ardiſchino porvi più le mani, nè ingerirviſi in modo alcuno.

Necnon reaſſumendi, & inhibendi cuicumque Judici, & Tribunali etiam ſub cenſuris.

§. 2. Volendo, e decretando, che al preſente noſtro Chirografo non poſſa in alcun tempo opporſi di ſorezzione, obrezzione, ò difetto della noſtra volontà, e intentione, nè di alcun altro vitio, ò difetto, benche ſoſtantiale, e formale, e che ammettendoſi, e regiſtrandoſi in Camera, ſecondo la diſpoſitione della Bolla di Pio Quarto noſtro Predeceſſore de regiſtran. &c. vaglia, e debba haver ſempre il ſuo pieno effetto, eſecutione, e vigore con la ſemplice noſtra ſottoſcrizzione, e ancorche non ſiano ſtati chiamati, citati, nè ſentiti qualſiſiano perſone, e Luoghi pii, che haveſſero già moſſe liti, e cauſe contro della Caſa de' Catecumeni, Luoghi pii anneſſi, e Neofiti, e Perſone ſopra ſpecificate, e qualſiſiano altre Perſone, le quali ſopra di ciò direttamente, ò indirettamente, ò in qualunque altro modo haveſſero, ò pretendeſſero di havere intereſſe, e che ſopra tutte, e ſingolo coſe ſudette, e così e non altrimenti debba ſempre giudicarſi, deffinirſi, e interpretarſi, tanto da Voi, quanto da altri, che pro tempore vi ſuccederanno, ſenza che altri poſſano ingerirſi nè in giudicare, nè interpretare, ancorche foſſero Legati da Latere, overo Auditori della noſtra Rota, Camera, Segnatura, e qualſiſiano altri Giudici Ordinarii, Commiſſarii, Delegati, e Subdelegati, come ſopra, togliendo Noi ad eſſi, e à ciaſcheduno di loro ſopra le coſe ſudette la facoltà, e autorità di giudicare, interpretare, e diffinire altrimente, e dichiarando Noi adeſſo, per quando poteſſe venire il caſo, preventivamente irrito, nullo, e invalido tutto ciò, che in contrario ſi faceſſe, non obſtanti le Coſtitutioni d'Innocenzio VIII., Giulio II., Gregorio XIII., Gregorio XIV., Innocenzio XII., e altre de' Sommi Pontefici ſopra le facoltà di qualſiſiano Giudici, e Tribunali, qualſivoglia privilegi a qualſiſia Perſona foſſe conceduti, e compe-

Derogat quibuſcumque contrariis ordinationibus cum clauſula ſublata, & decreto irritanti.

tenti per le qualità de' contratti, e Perſone ſudette, la regola della noſtra Cancellaria de jure quæſito non tollendo, e qualſiſiano altre Coſtitutioni, & Ordinationi Apoſtoliche de noſtri Predeceſſori, Leggi civili, e canoniche, ſtatuti, riforme, uſi, ſtili, conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, ancorche conteneſſero clauſole inſolite derogatorie e derogatorie di derogatorie, ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra poteſta à qualſivoglia difetto, sì ſoſtantiale, come formale, che ſopra ciò poteſſe intervenire, havendone il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto per queſta volta ſola, & all' effetto ſudetto amplamente, & in ogni altro miglior modo deroghiamo. Dato nel Noſtro Palazzo Vaticano queſto dì 21. Gennaro MDCCV.

Clemens Papa XI.

Die Veneris 30. Januarii 1705. Præſens Chirographum Sanctiſſimi in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum fuit, illudque commiſſum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Alexandro Falconerio Cameræ Apoſtolicæ Clerico, deindè die Mercurii 4. Februarii ejuſdem anni cit. deſuper Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Silvio de Cavaleriis Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario Generali ad relationem ejuſdem Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Falconerii admiſſum, & regiſtratum fuit in libro Signaturarum ejuſdem Sanctiſſimi fol. 147.

Ita eſt Antonius Petruccius Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretarius.

XXI.

CONFIRMATIO

Decreti Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quo ſancitur conſtituendum eſſe Procuratorem Generalem pro Diſcalceatis, & Recollectis, qui Romæ in Conventu Aracœlitano reſideat, & plura alia circa regimen eorumdem Regularium ſtatuuntur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum Sac. Congregationis.

ALiàs ad ſupplicationem Dilectorum Filiorum Fratrum Provinciarum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum familiæ Ultramontanæ emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitâ Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium Negociis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, re maturè diſcuſsâ, & perpenſis objectionibus ex adverſo oppoſitis per Patrem Procuratorem Generalem de Obſervantiâ, referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Sperello ſub diebus 15. Junii, & 31. Auguſti, ac iterum ſub die 7. Decembris Anni 1703. cenſuit conſtituendum eſſe Procuratorem Generalem pro Diſcalceatis, & Recollectis, qui Romæ, & in Conventu Aracœlitano debeat reſidere, donec de alio Conventu in Urbe ei provideatur, una cum Socio, qui eidem in munere Secretarii deſerviat: Officium autem ipſius duret per ſexennium, videlicet ab uno Capitulo Generali ad aliud, iſque res peragat omnium Diſcalceatorum, & Recollectorum tam Hiſpaniæ, & Italiæ, quam etiam Galliæ, aliarumque Regionum, & Provinciarum, exceptis Germano-Belgicis, qui, nullâ factâ innovatione, remanere valeant ſub dicto Procuratore Generali de Obſervantiâ. Et ſimiliter quotquot ex Poloniâ, Bohemiâ, aliiſque Provinciis hactenùs fuerunt ſub Procuratore Generali Reformatorum Ciſmontanæ Familiæ reſidente in Conventu S. Franciſci ad Ripam, ſub eodem remanere debeant, cui nuſquam præjudicium inferatur, ſed præcedentiæ, & alia Jura ſemper illæſa permaneant. Ad hujuſmodi Officium alterâ vice aſſumi debeat unus ex Recollectis, & alterâ unus ex Diſcalceatis, idque ab eorum Vocalibus in Capitulo Generali. Electio autem fiat per ſchedulas, & vota ſecreta, nemine proponente. Socius verò Secretarii munere functurus, cum Procurator erit ex Recollectis, aſſumatur ex Diſcalceatis; & è contra, cum erit ex Diſcalceatis, aſſumatur ex Recollectis. Pro hac primâ vice ſit Procurator Generalis Pater Joannes Damaſcenus Meſnard Recollectus Provinciæ S. Dionyſii, cujus Officium ex nunc incipiat, & duraturum ſit uſque ad aliam electionem faciendam ex familiâ Diſcalceatorum in Capitulo Generali anni 1712. Et quia ipſe Pater Meſnard eſt abſens extra Italiam, donec ad Urbem venerit, ejus partes, & vices impleat Pater Iſidorus à Jeſu Diſcalceatus Provinciæ S. Joſephi in Caſtellâ. Hujuſmodi Procuratoris munus ſit in omnibus ſimile muneri Procuratoris Generalis Reformatorum Ciſmontanæ Familiæ cum iiſdem facultatibus, & prærogativis quibuſcumque. Romæ &c. G. Cardinalis Carpineus. Locus † ſigilli.

§. 1. Cum autem, ſicut pro parte eorumdem Fratrum Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi Decretum hujuſmodi, quò firmiùs ſubſiſtat, & ſervetur exactiùs, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimùm deſiderent. Nos præfatos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſtici ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalvâ tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac quatenus opus ſit, Provinciarum, Conventuum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus

Confirmatur ſalva authoritate Sacr. Congregationis.

autem